

71  
vbi vnus in omnibus operationis effectus est.  
Neque vero potest esse gratia sacramentorum.  
nisi vbi fuerit venia peccatorum. Quis est igitur  
iste ignis. non utiq. virgultis vilibus con-  
cretus aut stipula. siluarum fragosus incendius.  
sed dignus ille. qui ut aurum. bona facta meliorat.  
& mala ut stipulam consumit. .XVI.

**H**ic est utique sp̄s s̄s. quidomnici vultus & ignis  
appellatur & lumen. Lumen sicut supra diximus.  
signatum est in nobis lumen vultus tui dñe. Quod  
est ergo lumen signatum. nisi illius signaculi spiri-  
talis. In quo credentes. signati inquit estis sp̄u pro-  
missionis sc̄o. Et sicut lumen est vultus diuini. ita  
& iam ignis emicat ex dñi vultu. Quia scriptum  
est. Ignis in conspectu eius ardebit. Praefulget  
enim gratia diei iudicii. ut sequatur absolutio.  
que sc̄orum remuneretur obsequium. O magna  
abundantia scripturarum. quam nemo possit  
humano ingenio comprehendere. O maximum  
diuine unitatis indicium. His enim duobus ver-  
ficulis. quam multa signantur. diximus quia